

Oratio Antonii Geraldini protonotarii apostolici poetæ  
Laureati: Ac Regii oratoris. In obsequio canonice exhibito p  
Illustrē Comitē Lendillę per protonotarium Metimnēsem  
et per ipsum protonotarium Geraldinū nomine Serenissimorum  
Ferdinandi Regis et Elisabeth Reginę Hispanię Innocent.  
Octauo eius nominis Pontifici Marimo.

Quod olim Romanę rei publicę relique orbis nationes presti-  
tere obsequium: id nunc longe iustius ac sanctius a coeteris  
christianis principib⁹ christi reparatois nostri vicario presta-  
ri: illudq; potius huius qua potimur: foelicitatis præludiū exti-  
tisse: Hispaniam autē eiusq; principes cū priscis seculis vtricq;  
imperio tum vero imprimitis etate nostra huic apostolico thro-  
no non minus decoris atq; emolumenti q̄ alias quascumq; p-  
uincias attulisse: asserere haud longa oratione intendimus pa-  
ter Sanctissime Innocenti summe atq; octauie eius nominis  
pontifer. Verum ad hęc agenda nō parum offendor officiis  
desuetudine: qui poemata recentius q̄ orationes scribere con-  
sueverim: perturbor materie magnitudine: quę et facundissimum  
oratorem et peritissimum quępiam theologum simul expeteret.  
obstupo Sanctitatis tue buiuscq; sacri senatus maiestate ac sa-  
pientia: quibus ilbil maius esse nouimus inter mortales. Con-  
fundor demum atq; p̄ metu consternor auctoritate eoꝝ: qui  
tot seculis in tot pontificum successionibus hoc eodem in loco  
verba fecerunt: Qui licet eloquentissimi essent: nec parum at-  
tentare suis potentatibus ad tantū munus delecti: trepidarūt  
tamē plēriq; quum in tantam patrum amplitudinem dicturi  
accēsissent: Nec lingua tantum et ars verū et ratio et mens om-  
nis eos interdum subito defecerunt. Quo in discrimine consti-  
tutus vnicum mihi presidium reliquum esse video: diuinam  
opem et tuam qui dei vices in terris geris clementiam implo-  
rare. Ac ne ad salutis viam lente cucurrisse videar flexis geni-  
bus illius innoco numen et auxilium: qui ex celo in terras ad-



hominum salutem delapsus salutis nomen pariter et officium  
 gerit: illumque religiosissime precor: non ut Demostenis Cicer  
 onisue / qui suis temporibus sarisfecerunt: Sed ut Pauli ex  
 Craicqz eloquiu[m] mibi suppetat: Quorum alteri ad diuinum fa  
 tum deponendum labia calculo mundauit ignito: Alteru[m] ve  
 ro ex lupo pastorem / ex christianorum persecutore / doctorem ge  
 tium et vas electionis effecit. Tuam vero clementiam supplici  
 ter o[ro]: ut ipsius quem resert vestigia imitata / parvulum non  
 contenant: Sed q[uod] pro altius ei? est fastigiu[m] / tanto humanius ad  
 humiles respiciat: et quod exilitati meq[ue] detrahendum videbi  
 tur: ascribat fidei: que maluit cum periculo parere: q[uod] regio / q[uod]  
 nefas est: imperio renitens / ingrat[i] atq[ue] impii nomen subire.  
 Ego enim licet natione sim Italus: tamen Hispanus sum edu  
 catione: quippe qui a teneris annis in Hispania: Hispanoq[ue] q[uod]  
 regnum obsequio versatus: ad hoc autem muneris non i[n]circo  
 delectus: quia in Hispania vel veterum vel nouiorum oratorum  
 copia desit: Sed quoniam / velut qui multis imperant diversa  
 rum gentium ingenia souere consueuerunt: virtutisq[ue] potius  
 q[uod] ortus rationem habere: ut omnium nationum imperio dis  
 gniissimi videantur. Quoniam igitur eo quo proposui ordine  
 procedendum mihi est: et una in tota oratione dicendi series p[er]  
 petuo retinenda: non arbitror pater sanctissime illud ad pro  
 bandum difficile esse: quod in ipso sermonis mei initio prepo  
 tauit: universos christianoru[m] principes iustius sanctiusq[ue] huic  
 tuo culmini obsequi: q[uod] senatu[m] ac po[lit]ico coetero prouincie: ac  
 gentes consueuerunt. Si enim tantum valuit apud eos equa  
 bilis vita phama: et nitidissimuz iusticie nomen quo iura apud  
 omnes partiri equa lance existimat[ur]: ut se ad eorum dictio  
 nem plereq[ue] ultra transferrent: illam non imperium / sed tutissi  
 mum humani generis patrocinium comuneq[ue] hominum persu  
 gum existimantes: longe magis apud easdem valere debet / no[n]  
 communitatis tantum phama: sed iusticia ipsa: nec iusticia solu[m]  
 sed vera religio ac pietas: nec religio tantum et pietas: verum

ipsa beatitudo et foelicissima atque eterna hereditas preciosissimi sanguinis domini nostri Iesu christi: quoque arbitrii dispensatio atque potestas est apud eius vicarios et successores petri. Pro qua quidem fide ipse idem apostolorum princeps Petrus: qui ab eo coelorum claves et soluendi atque ligandi animas potestatem accepit: non dubitauit se crucis patibulo expone re: et mortem cum vita mutare: pro qua Iohannes baptista Paulus et infiniti pene alii post plurima acerbissimaque tormenta capite truncati fuerunt: precipitatus Jacobus: et fullonis recte percussus. Bartholomeus etiam pecoris ritu ercoziatus. per qua Stephanus lapidibus obrui. Laurentius se super craticulam ut piscem assari. Sebastianus sagictis vndiqz penetrari. Blasius peccatis inbus cedi. Ignatius et infiniti pene alii fustibus plumbo vngulis ferroque coteri. Leonibus obici. ac demum ignibus consumi passi sunt. Pro qua denique tam multi preter hos fidem banc christi perfidentes: Virgines sacerdotes atque pontifices se ultra humanis delitiis atque affectibus exuerunt: et in terris per terreni corporis ritum ac necessitatem virerunt et hominibus angeli antequam morerentur effecti. Quae profecto si falsa esse ut quidam gentilium sectatores et ideo voluptarii etiam nunc dicere audent. Non tales tantosque habuisset assertores Gregos pariter et latinos: ut Dionysium Hieropagitam. Johannem Chrysostomum. Gregorium nazarenum. Magnum Basilius. Origenem. Pecunio Ambrosium. Hieronymum. Augustinum. Gregorium. Leonem. Bedam. aliosque virtuososque lingue doctores peritissimos. Si sine pri mio: nullaque hic quisquam auctoritate Martires et reliqui eius professores tam mares quam feminas voluptates honores divitias et demum eas quibus vivebant alias contempsissent. Sed quoniam plenitudo epis iacta aderat: Et ois lingua illi que ad iusticados saluadosque homines venerant: profiteri cogebant: iure optimo deo cessim: merito hanc religione suscepimus: coeloque simus ac terra omnibus signis omnibusque prodigiis monemus: ac plane iubemus: illum reveremur et colamus: quod dei vires in terris gerit: qui religionis sancte arbiter ac minister est:

qui | coelū tradita sibi a dei filio potestate / cui vult claudit su-  
mul et aperit. Eo feliciores quam antiqui illi Romanorum tribu-  
tariorum et populares: quod illi pro phama nos per vera virtute quam  
in te consumatissimam et tanto magistratui parem esse cognos-  
cimus: illi per terrenis nos pro celestibus premis laboramus:  
illi humanis rectoribus nos dei vicariis obsecundamus: Illos  
mortaliam preconiam nos superorum oracula pertraxerunt.  
Quod autem illud Romanorum huius christiani imperii pre-  
ludium fuerit ac plane presagium: facilime probari potest: non  
minus veterum traditionibus et testimonio que ex ipsa rerum se-  
rie atque ordine. Quemadmodum enim ecclesie sponsum / hoc  
est principem congregationis fidelium Iesum christum domi-  
num ac deum nostrum / ab omnibus tum hebreorum et atque: quos  
prophetas non cuparunt / tum etiam grecorum gentiliumque scri-  
ptoribus / prenuntiatum fuisse constat: presertim Sibyllarum  
carminibus: Apollinis Delphici oraculo: et Mercurii trimegis-  
sti vaticinio: Iea et sponsus / hoc est sacerdotalis Monarchie re-  
gnum / presuppositum fuit: Isdem sere auctoribus / et ab omnibusque  
ab orbis primordio imperia dominia numerantur: velut Eu-  
sebius Pamphilus in libris de preparatione euangelica latius re-  
fert: Que si minus certa et fide digna putant: certe in visione il-  
la Danielis / qua in statua illa imaginaria per metallorum diuer-  
sitatem imperiorum series designatur / nullus relinquitur scrupulus: quum et ipse manifeste quod videt rettulerit: et non vulgares  
beatitudine visionis explanatores. Que haud dubie ostendit ideo  
processisse alia imperia: ut hoc sacerdotale regnum / hanc sanctam  
ditionem / hanc coelestem et plane diuinam in terris Mon-  
archiam prepararent. Quae deo usque adeo grata et chara fuit:  
ut regnum coelorum persepe euangelii oraculo velut Gregori  
interpretatio / sit appellata. Romanum autem imperium ita hu-  
ic praeium ac prorimum indicem extitisse: Quemadmodum Jo-  
hannes baptista saluatoris nostri preceps et precursor fuit: meritis  
que nec illo maiorem quempiam inter natos mulierum: Nec

Romano imperio quicquam sublimius speciosiusue in toto orbe vnique  
 antea apparuisse. In quo iure optimo facto orbis censu*r* propagata per omnes oras pace salus hominum *r* patris sapietia  
 nasci voluit: ut illi imperio quod suo preluterat fauere videre*r*  
 tur: ut venienti Regi Regum et Domino dominantium totus  
 orbis pacatus subque vnius ditionem redactus applauderet: Sc  
 demum ut coelestis regis triumpho terr*a*na potestas que omni  
 um fuit amplissima pompam preferret. Possem equidem pater  
 sanctissime hoc loco multa priscorum monumenta que partim  
 summo:um pontificum decretis partim vniuersitate ciuitatis fide  
 lium consensu approbata sunt: que dam trita *r* vulgata: quedam  
 etiam abstrusa *r* recondita aut saltē paucissimis cognita in  
 medium hic afferre. Verum enim uero quin vereor ne sanctita  
 tis tu*e*s huiusc*z* sacri senatus aures *r* meliorib*z* maioribusque chri  
 stian*e* re*p* negotiis debitas: diuinusque fas est teneam: *r* eadez  
 fere omnia in fastorum meorum volumine: quod nuper elegia  
 co versu composuit: cō nodius latiusque explicata sunt: his omisi  
 sis ad illud eroluendum venio quod tertio loco promiseram:  
 Hispaniam videlicet eiusque principes illud semper aurisse atque  
 ornasse imperium: quod vel sponte vel necessitate sequi instauis  
 sent. Quod ut facilius prest*e*: nec rer*u* seri*e* scindere vnique co  
 gar altius mibi quedam de Hispan*e* situ ac fertilitate repet*e*  
 da sunt: Deinde attingenda gentilium christianorumque tem  
 pora: In quorum calce etiam aliquid subdendum erit de Emiss  
 entissimorum Ferdinandi Regis *r* Helisabet Regine laudi  
 bus: Que usque adeo magne *r* excelse sunt ut cum omni prisco*z*  
 glo*ia* conferri posse videantur: *r* quorū obliuio*ne* nulla vnique  
 allatura sit etas.

Est quidem Hispania prouincia: ut Geographi tradidere in  
 extremo occidente sita: freto Gaditano *r* Ethbeis a meridia  
 no estu austrinisque tempestatisibus defensa: a furore autem Bo  
 re*e* eiusque vipyreneis montibus *r* tota gallia premunita: tritici  
 vini olei omniumque frugum/omniumque metallorum: ac anima

tum quæ hominibus sunt vsui feracissima: noxia vero rarissime gignit. Abundat præcipue velocissimorum acerrimorumq; equorum fortura: Censeturq; felicissima viroq; sobole/quæ nō minus corporum dexteritate ac robore q; animorum industria ac vi reliquas provincias aut superat aut certe equat. Trecenos totos apud eam annos decertatum est Scipione Graccho Albino: Catone: Metello: Pompeio: Cæsare aliisq; ducibus: a Numantinis vero et Cantabris ita acriter repugnatum: ut p; priores victorie fuerint qui victi fuerunt. Recepta fuit tandem per eosdem duces et Cantabri postremo ab Augusto debellati. Postq; aut Romanis fascibus libere paruit tanto vsui tatoq; ornamento illis fuit: ut nullum unq; memorabile bellum sine Hispano milite gesserint. Ita familiariter cum illa rixerūt: re in nullam provinciam plures colonias transmiserint: nullib; plura suorum gestorum monumenta reliquerint: Pompei trophaea in pyrenorum iugo sita sunt. Scipionum monumenta nō longe a Taracone spectantur. In Baetania tauri sunt/er lapide durissimo maximi tergaq; his litteris ad huc notati.

**B E L L U M C A E S A R I S E T P A T R I A E.**  
Turres Julii: Julii carceres: Julio briga: Par Julia: Julia myrthilis/omnia Julii cæsaris opera fuerunt. Cæsaraugusta/ Emerita Augusta/ Norba Augusta/ Asturica Augusta/ Bustusti munere condite vel instaurate fuerunt/ atq; omnes eiusdem nomini dedicatq;. Emporia/ Galætia/ Cremona/ Placentia/ mulierq; aliq; in Hispaniam ab Romanis Coloniq; deductæ fuerūt. Ipsa Emerita augusta celeberrimū veteranoq; domiciliū. Sa gunthus vnicum sed lachrymabile fidei exemplū/ ac Taracone nobile peregrinoq; ipsiusq; Augusti hospicium vrbes sunt in Hispania Romanorū titulis ac monumētis plenissime. Nunq; deinde in Hispania bellum aut tumultus fuit quin censeretur perinde ac si esset in soro po puli Romani: et in arce imperii. A qua quidem non dubitauit vrbis hæc rerum domina et magistra doctrinæ non solum bonarum artium doctores accipere: ve

Quintilianum | Senecas | Lucanum | Lucium florū | Pomponium melam | Sylium Italicum | Martialem | Orosium : Ut rū  
ut ilissimos rectores rei publice. Clarissimosq; imperatores / et  
Hercuam traianum | Hadrianum ac Theodosios. Quin etiam  
Galbam ipsum qz quis Romanum tamen ab Hispanis Romam  
ad imperandum missum fuisse priuata pecunia cōstat. Sed de  
gentilium temporibus iam satis: Videamus nunc quid p Hispaniam  
christianę religioni accesserit. Fuit ea p:ncipio funda  
ta et aucta martyrum ut dixi famosissimis cedibus mirabilqz  
constantia: et tam marium qz mulierum servida professione ve  
raqz sapientia: Postqz autem Mauretane aliorumqz barbaroz  
heresis et vis increbuit etiā et catholicoz principū potentia in  
staurata | In omnibus his ordinibus celeberrimos pie religio  
nis assertores produxit Hispania. Quum enim a non ultimo  
apostolorum Jacobo zebedei filio christi fidem accepisset: ipsa  
quoqz postea in numeros tulit: qui eam quam acceperant religio  
nem cum virę periculo tuerentur. Omnia clarissimos genuit  
Laurentium et Giauentium Valerii dyacones. Eodem fere te  
pore Engratiā et innumerabiles martyres Cesaraugus stanos:  
Duas piecerea Eulalias alteram Barchinonēsem alterā Eme  
ritensem. Toleti Eugenium Episcopum et martyrem | Alfon  
sum et Julianum Episcopos et confessores: ac Leocadiam virgi  
nem | In certis locis Sisebutum et Recaredum Reges Gotbo  
rum ac Hermigillum Leonigildi Regis filium: qui maluit se  
curi a patre percuti qz Arriane heresi consentire: Et his autem  
qui ecclesiam dei suis meritis et doctrina fundarunt plurimū  
ex Regia styrpe fratres Leandrum cui Gregorius suorum li  
bros moralium destinavit: Braulionem Episcopum Cesarau  
gustum: Isidorum qui inter multa opera ethimologias etiā  
scripsit: ac Florentiam virginē/ que religiosis mulieribus quas  
olim vestales: deinde Moniales nuncuparunt: centum coeno  
bia erexit. Super hos tulit Hispalis Carpophorum Episcopū  
et martyrem: Abundium et Germanum dyacones et martyres |

Justam et Ruffinam virgines. Habent Cordubę quinqꝫ et qua-  
draginta et vtrōqꝫ seru sanctorum cathalogo ascriptos habente  
duodecim legione. Habent Emeritę set: Ser Barchinonę: Abu  
le septem: Berundę vnum foelicem martyrem et in eius agro  
Damasum pontificem Maximum et cōfessorem. Quos omnis  
atqꝫ aliorum quinqꝫ et quadraginta in Eusebii kalendis nota-  
ta. nomina breuitatis studio volui p̄t̄terire. Verum q̄zuis ad  
occasum mea festinet oratio neutiqꝫ omittēdi sunt diuus Do-  
minicus predictorii ordinis fundator: et in eadem religione p-  
fessor inclytus Diuus Vincentius Ferrarius. Postqꝫ au-  
tem cum impuris Ismahlenitis Maumetheam heresim astruen-  
tibus non pro gloria et imperio: sed pro religione et vita certa-  
mus: iamqꝫ aut nostro cr̄mine: aut diuino et archano alio quo-  
dam fato/non er Asia tantum et Ap̄rica: verum ex maiore Eu-  
rope parte depulsi sumus: fuitqꝫ opus ad instaurationem reli-  
gionis armis et potentia p̄incipum q̄zqꝫ nō defuerint er aliis  
regnis et styribus pię religionis assertores: tamen Hispania/  
rum Reges nostrorum Eminentissimorum p̄incipum pro au-  
ctoꝫ preciuam sibi et hac re gloriā vendicarunt: q̄ eos e  
multis florētissimisqꝫ regnis depulsoꝫ: Innumeris ac fere exis-  
tialibus damnis et cladibus affecerunt. Pelagius enim pri-  
mus post comunem supremamqꝫ illam/que Juliani Comitis  
scelere inducta est: totius Iberie calamitatem: primus tanqꝫ  
alter Camillus pro labente patria cohacto et montanis astu-  
rum non iusto exercitu sumpfit arma: tum marina et atrocissi-  
mi in eos preli: et enī: ab eodem cum ipse solus et styrpe re/  
gia superesset: fuit Gallicę et Asturum Rer salutatus. Ab hoc  
postea profecti sunt illi Alphonsi Remiri Ordonii Ferdinandi  
dqꝫ: ac Jacobi Persarum: Medorum: Atheniensium: Mace-  
donum: Romanorumqꝫ Regibus nihilō inferiores. Siquidem  
bi regna et imperia sua non solum summa cum fide et equi-  
tate rexerunt: verum etiam maiorem immodū propagauerunt.

Nam a Galecia et Asturibus ut dictum est incipientes Lusitaniam Bethycam Turdetaniam Carpentaniam Basteraniā Barduliam Cantabriam Celtiberiam Ilusetaniam Bassetaniam ac Laletaniam sic enim p̄scis nominibus appellant: cū aliis multis prouinciis Siciliam Sardiniam Balearesq; cum coeteris adiacētibus et his quę in Occeano Hispanico sunt insulis e Maurorum manibus vindicarunt. Idem quoq; rei p. christiane et huic petri nauiculę dum secundis vteretur vētis maximo semper ornamento fuerunt: dum vero aduersis procel larum turbinibus quateretur: et adminiculo et subsidio singulare. Quoq; vestigia imitati Ferdinandus Rer et Helisabet Regina nostri incomparabiles principes ut omictam admirabilem iusticiam diuinamq; sapientiam: quibus regna vtriusq; Hispanię sibi a maiorib; tradita tamen bellorum licentia cōquassata plurimum et plane corrupta ad meliorē frugem spe ciemq; redegerunt: Atq; vt pieream innumerabiles excellētissimasq; vtriusq; virtutes: qbus coelo magis q; terris se dignos prestant: etate nostra et eo potissimum tempore: quo propter iuuentutis florem regnorū liberoq; coeterarūq; rerum affluentia et felicitatem delicatioē sibi vitam diligere p. luxu s̄culi debuissent: dei amorem et cultum omnibus delitiis vniuersisq; diuinitis p̄ferentes laboriosum sane ac difficile Sed meriti et glorie plenuz opue aggressi sunt: christi saluatoris sui nomen et imperium domi souisq; propagare: ac primū nō nullorum qui ad veteres Judeorū ritus Explosasq; iampridem ceremonias relabebantur de medio tollere: deinde nefandissimā Maurorū gentē quę in extremo quidem sed locoq; situ et operibus munitissimo europe angulo contra omnem pieteritoq; regum potentiam resederat: excindere: exterminareq; penit; vetus et grauiſſimum obprobriū christiane religionis. Qua quidem pro re nec thesauris parcunt quos usq; ad regia orname ta liberalissime p̄fundunt: nec corporib; indulgent quę mari mis et manifestissimis periculis per sepe obiciunt: a charitate

vir et conlans inter se munera et vices partiuntur / ut pene non  
minus decoris sit in ordine ipso q̄ in opere Ferdinan-  
dus enim animo invicto ac vere Herculeo exercitibus preest /  
duces dicit ac regit: Militaria opera inter eos partitur: hostes  
fundit: urbes expugnat: monstra domat: triūphosq; reportat.  
Helisabet vero omnium quę vñq; fuerunt Reginas Excellen-  
tissima in finibus residēs pgresso in expeditionē viro / per p̄  
ellarum assiduas stationes donec redeant p Regis exercitusq;  
incolumitate et victoria iugiter deū exorat: iura populis dicit:  
stypendia cōparat: cōmeatus deduci curat: subſidia Regi pari-  
ter et ducibus transmittit: sauciis lectos medelas et medicos: sa-  
nis aut arma cybaria et egregia dona. Quin etiam quo plu-  
res ad militiā trahat: ardentiusq; ad bellū sui oris maiestate u-  
tendat: ipsa quoq; interdum in castra se cōfert: et ducis optimi  
munus implet. Sed imprimis rterq; et er castris et er rrribus  
Ganeas/ Lenones/ Eleatores/ periuros / omnesq; blasphemati-  
tores et contemptores dei exterminarunt. Iniquum censentes  
q̄ rbi de causa dei agitur / ibidem impuri exleges et impii di-  
uersentur: Nec minus optimis moribns q̄ amplissima ditio-  
ne religionem dei iundari debere existimantes. Quo fit ut de-  
us illoꝝ castris astare: illis animos et vires suggestere: eisdem  
etiam hostium victoram et rotorum finem suppetere videat.  
Siquidem nullum exercitū ex legum Rex inuadit: quem nō su-  
peret: nullū oppidū oppugnat: qđ non statim expugner: Ribil  
deniq; tam arduum aggreditur: quod non consequat. Hā vt  
preteream q̄ his proximis annis Alphamā urbem Allozāq; et  
Setenil cum multis aliis oppidis et arcibus coepit / et q̄ estate  
preterita cum Rhonda urbe eiusq; agro et septuaginta aliis op-  
pidis ultra quadraginta hominum milia christiane ditioni re-  
stituit: Hac eadem estate/ quę vir est exacta: Loriam urbem:  
Moclinum Illoramq; et montem frigidum: cum aliis quibusu-  
dam munitissimis castellis/ in hostium oculis in ipsis Brana-  
te portis: ac presente ipsa Régina expugnauit. Jam vero quāta

sit utriqz diuinę rei cura / q̄stus cultus / q̄ta magnificentia / nō solum templorum apparatus et augusta ornamenta / verum etiā sacerdotum ordo dignitas et sedulitas declarant : imprimisqz testantur lautissimę vestes et preciosa vasa ad templū quę in hostili agro nuper erecta fuerunt pauloante transmissa.

Hi ergo Beatiss. p̄ tam iusti / tā pii / tā sancti ac plane diuini principes tuę coronę nūc accedēt h̄i tibi hodie p̄ h̄ic illustrem dñm Eneacū Mendozā Lendillę Comitē Regiorumqz exercituum ductorem / per hunc Reuerendum patrem Johannem iurisconsultum Methynnensem Sanctitatis tuę notarium : ac per me / fidei mun̄ / obsequii pignus / religionis arram / ac pie- tatis tributum prestant : Hi deniqz te per nos vt verum christi vicarium / baud dubium Petri successorem / et certissimum toti⁹ ciuitatis fidelium pontificem venerantur et colunt . Quod si se rius q̄z oportuit / non eorum voluntati sed temporum potius conditioni est imputandum : Immo vero ingentes gratię vide rentur habende / q̄z tali exercituum ductore tam diu carere potuerunt / donec tibi debitum obsequium pr̄staretur . Si quidem q̄z utilis bello sit / cū s̄epe alias / tū vero pauloān dum pr̄sidio Alphaniam teneret : latissime patuit . Hos igitur reges erice Beatissime pater / excipe inqz et amplectere toto animo et solida charitate : Hos tibi piarum expeditionum duces delige : Hos effice participes et ministros magnop̄ operū . Hos demum his ad votum pactis : pontificiis decretis ac titulis honestato . Ita enim spectat ad sedē istā p̄tificiā a qua nil nisi benignū pium ac magnificū pficisti debet . Ita postulat cyborum ex quibus ip̄e originem ducis / p̄ nobile et plenum mysterio nomē : quibus ideo hunc pontificatū diuinitus destinatum fuisse reor : vt tu quondā pastor optimus humanū gen̄ salutarib⁹ aleres cybis : seculūqz aureūqz nostris temporib⁹ reduceres . Ita demum erit magna diuinaqz illa tua professio qua coronationis tuę

die iusticiā pacem abundātiāq; tuīs populis pmisiſti: Quę  
tria ſi preſtiteris: quid eſt aliud quod a deo immortali preter  
animoꝝ beatitudinē exoptemus: At in eo q; in cōponenda hac  
comuni Italī īmmo rero totius christiane relligionis pace/  
tantum ad eos auctoritatis detulisti/nō paruum animi pign?  
accepimus: Age id ergo Beatiss. pr. nam non erūt regno inde/  
cores. videberisq; cum deo ⁊ hominib; ad ſtudium/q; in eos  
proclive eſt/ consentire: fungeris officio egregii incōparabilisq;  
pastoris/ cuius eſt ppriū amare ouilis ſui ppugnatores/ iſiſ/  
uſiq; amplificatores augere/ Ex quo quantam gloriam cōſeque  
ris: Nā te humanis rebus presidentē ſublatū ex Europa fue  
rit ſempiternum obprobriū nominis christiani: Qua re quid  
p̄clarior: quid optati?: quid tē dignius: quid deniq; deo ⁊ ho  
minibus gratius poſſis efficere: Eueniat utinā ſicut olim  
Innocent. pontifice ⁊ Ferdinando Rege Hispalis recepta eſt.  
Ita nunc felicissimis auspiciis tuis qui eiusdem eſt nominis et  
alio Ferdinando debellante. Granata vrbs matima que olim  
Ilipula magna dicta eſt: ad christi cultum et obsequium rede  
at. Morq; in Asiam ad recuperādā Saluatoris nostri patriā.  
Qd foelit faſtūq; ſit Sāctitati tuę eoꝝ maiestati. ⁊ toti rei. p  
christianę ſigna ⁊ militiam conſeramus.

Habita Romę. xiii. kl. Octobris. Anno ſalutis Sexto et Octo/  
gesimo ſupra. CCCC. et. M.

Diri:

Ad hęc Summus p̄ontifer laudans et extollens mirum immo-  
dum gesta et vitę Serenissimorum Regis et Reginę Hispanię  
egit illis immortales gratias suo Reverendissimorum Cardi-  
naliūm populi Romani: ac totius Italię nomine: q̄ tempore  
Xyrti predecessoris sui et nunc se p̄otifice pacem Italię immo-  
verius toti ch̄ristiane rei publice reddiderint obtulitq; se para-  
tissimum ad omnia que in eorum decus cedant.

Tres mibi dant nomen terre: tres laudibus onto-  
nenotriam / Hesperiam / trinacriamq; plagas.  
Illa tulit. fouet hęc retinendo. tertia pascit.  
Sic / genius / sic ars / sic mibi fluit honos.  
Styrpe Geraldina ducens Anthonus ortum:  
principibus lucem temporibusq; dedi.  
Nam lustrauit orbem regum legatus: et horum  
Descripti variis gesta deculcq; modis.  
Hęc mibi terdenos intra sois contigit annos:  
Mox sacer ad sacras res mea vota tuli.  
Namq; elego fastos / lyricis sed cantibus odas:  
Heroico cecini mystica sacra pede.

*Ine.*  
*1249*

• **Q**uoniam tunc in ecclesiis et in cibis quodcumque consumimendis ha-  
• **I**te quicquid, neque si a religione in seculum transiret illa et a fructu mundi  
• **N**aturae in seculum, non potest esse nisi in seculo. Et hoc est quod dicitur in  
• **E**ccliesi: **C**onservate vestrum corpus et animam in seculum. **A**men. **P**ropter  
• **S**ecundum quod dicitur: **C**onservate vestrum corpus et animam in seculum. **A**men.  
• **Q**uoniam tunc in ecclesiis et in cibis quodcumque consumimendis ha-  
• **I**te quicquid, neque si a religione in seculum transiret illa et a fructu mundi  
• **N**aturae in seculum, non potest esse nisi in seculo. Et hoc est quod dicitur in  
• **E**ccliesi: **C**onservate vestrum corpus et animam in seculum. **A**men. **P**ropter  
• **S**ecundum quod dicitur: **C**onservate vestrum corpus et animam in seculum. **A**men.